Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ab extremis finibus aperire ut exeat q̃ conculcant ea Tollite
de via lapides et redigite i acervos et interficiat ea ne sit quidq̃
reliquum Disperdam universos fratres eius descendent i occisionem
Ve eis qm venit dies eorum tempus visitationis eorum Vox fugientium
et eorum qui evaserunt de terra aquilonis ut annuntiet i Sion nomen domini
ultionem domini dei nostri ultionem templi eius Annuntiate i babilone
plenis omnibus q̃ tenuerunt arcum consistite adversum ea per gyrum et nullus
evadat Reddite ei secundum opus suum in quantum omnia q̃ fecit facite illi qm contra
dominum erectum est adversum sanctum israhel Idcirco cadent juvenes eius
i platheis eius et omnes viri bellatores eius conticescent i die
illa ait dominus Ecce ego ad te superbe dicit dominus deus exercituum qm
veniet dies tuus tempus visitationis tue et cadet superbus et corruet
et non erit q̃ suscitet eum Et succendam urbem igne i urbibus eius
et devorabit omnia i circuitu eius Hec dicit dominus exercituum Calumpnia
sustinent filii israhel et filii juda simul omnes q̃ ceperunt eos
tenuerunt nolunt dimittere eos Redemptor eorum fortis dominus exercituum
nomen illi Judicio defendet causam eorum ut requiescere faciat terram et con
movebit habitatores babilonis Gladius ad chaldeos ait dominus et ad habitatores babilonis et ad principes
et ad sapientes eius Gladius ad dimicos eius q̃ stulti erunt gla
dius ad fortes eius qui timebunt Gladius ad equos et ad currus
eius et ad omne vulgus quod est i medio eius et erunt q̃
mulieres Gladius ad thesauros eius q̃ diripient Siccabitur sup
aquas eius erit et arescent qm terra sculptilium est et i terribilibus
gloriantur Propterea habitabunt dracones cum fratribus struthionum et ha
bitabunt in ea strutiones et non habitabitur ultra usque in sempiternum
nec edificabitur ad generationem et generationem Sicut subvertit deus
sodoma et gomorram et vicinas eis ait dominus non habitabit vir nec
incolet ea filius hominis Ecce populus veniet ab aquilone et gens
magna et reges multi consurgent a finibus terre Arcum et scutum
apprehendent Crudelis sunt et misericordie nesciunt Vox eorum quasi
mare sonabit et super equos ascendent filia babilonis Audivimus
famam babilonis fama eorum et dissoluta sunt manus eius Angustia
apprehendit eum dolor qm parturiente Ecce qm leo ascendet sicut fortitudo